INCIPIUNT[1] DECRETA PONTIANI[2] PAPAE.

[H. 1] Pontianus episcopus Felici Scriboni[3] salutem.

Oppido[4] cor nostrum caritati vestrae congaudet, quod studium sanctae religionis[5] summopere adimplere studetis et fratres merentes[6] ac destitutos[7] in fide et religione confortatis. Unde redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua vobis in omnibus gratia suffragetur[8] et effectum[9] [10] implere tribuat, quod velle concessit. In hoc itaque bono tantum[11] commoda[12] retributionis[13] accrescunt, quanto et studium laboris[14] augetur. Et quia in his omnibus divinae gratiae adiutorium opus est, omnipotentis dei assiduis[15] precibus clementiam exoramus, quatenus ad[16] haec vobis semper operanda bona et velle[17] tribuat et posse[18] concedat, atque in ea vos via cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus[19] est, dirigat, ut, sine quo nihil agi[20] potest, per ipsum implere bona, quae coepistis[21], valeatis.

[H. 2] De[22] sacerdotibus autem domini, quos vos audivimus contra pravorum hominum insidias adiuvare eorumque causas portare, scitote vos in eo valde deo placere, qui sibi eos ad[23] serviendum ascivit[24] et familiares in tantum sibi esse voluit, ut etiam aliorum hostias[25]

**Quellen:**

2: *Scriboni*. Cf. Greg. M. ep. IX. 41. X. 60. XII. 14. 16.)
3-7: *Oppido - augetur*, Greg. M. ep. V. 46. (2, 775). Cf. Greg. M. ad Fel.
7-12: *Et quia - valeatis*, Greg. M. ep. IX. 107. (2,1012). Cf. Dion. 5, Symm. syn. VI.

**Rezeption:**

3-12: Oppido – valeatis: Coll. Ans. ded. VIII,75.
13-22: De – portandi: Coll. Ans. ded. II,71.

---

1 INCIPIunT *korr. aus* INCIPIT *V630;* INCIPIT *I83; VD38*
2 PAPAE] *fehlt I83*
3 sucriboni *V630*
4 *am Rande* valde *VD38*
5 religionis *korr. aus* regionis *N442*
6 *am Rande* lugentes triste *VD38*
7 *am Rande* derelictos *I83*
8 *am Rande* auxilio eius *VD38*
9 *am Rande* opus *VD38*
10 effectu *V630; N442*
11 tanto *V630*
12 *am Rande* lucra *VD38*
13 retributionibus *V630*
14 laboris *kor. aus* laris *I83*
15 *am Rande* cotidianis *VD38*
16 ad *fehlt V630*
17 *am Rande* voluntate *VD38*
18 *am Rande* possibilitate *VD38*
19 *am Rande* affirmavit *VD38*
20 *am Rande* fieri *VD38*
21 coepistis *korr. aus* coepis *I83*
22 *am Rande* DE EPISCOPIS *N442;* De non (De non *korr. aus* De) accusandis sacerdotibus *V630*
23 a *VD38*
24 *am Rande* adsumpsit *VD38*
25 *am Rande* oblationes *VD38*

per eos acceptaret[26] atque eorum peccata donaret sibique reconciliaret[27]. Ipsi quoque proprio ore corpus domini conficiunt[28] et populis tradunt. De illis enim dictum est: Qui vos contristavit[29], me contristavit[30], et qui vobis facit iniuriam, recipiet id, quod inique[31] gessit. Et alibi: Qui vos audit, me audit, et, qui vos spernit[32], me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit. Hi[33] enim non sunt infestandi[34], sed honorandi. In eis[35] quoque dominus honoratur, cuius legatione funguntur. Hi ergo[36], si forte ceciderint, a fidelibus sunt[37] sublevandi et portandi.

[H. 3] Accusandi autem non sunt ab infamis[38] [39] aut sceleratis[40] vel inimicis aut alterius sectae[41] vel religionis[42] hominibus sed[43] [44], si peccaverint, a reliquis arguantur[45] sacerdotibus et a summis pontificibus constringantur et non a saecularibus aut malae vitae hominibus arguantur vel arceantur[46].

Quod ergo de fratris vestri transitu vos tristari[47] audivimus, non modico compulsi sumus

---

**Quellen:**

16f.: *Ipsi - tradunt*, Hieron, ep. ad Heliod. no. 8. (1, 34) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 97. Cf. Telesf. 3. Ant. 7, Fel. II. pp. 11, Dam. 20.
17f.: *Qui - me contristavit*, II Cor. II. 5.
18: *qui - gessit*, Coloss. III. 25.
19f.: *Qui vos audit - misit*, Luc. X.,16.
23: *aut sceleratis* sec. c. 8. conc. Carth. D. aut Ben. III. 85. (Cf. Anacl. 22, Fab. 13, 26, Steph. 2,11, Euseb.3, Fel. II. pp. 12. xv., Sixt. III. pp.)
25: *et a - constringantur* sec. Ben. III. 422.
25f.: *aut - arceantur* sec. Ben. III. 441. tit.
27-41: *Quod - laboris* (c. V.), Greg. M. ep. XI. 75. (2, 1175).

**Rezeption:**

23-26: Accusandi – arceantur: Coll. Ans. ded. III,52.

---

[26] *am Rande* accepta faceret *VD38*
[27] *am Rande* ad pacem revocaret *VD38*
[28] *am Rande* consecrant *VD38*
[29] contristabit *I83*
[30] contristabit *I83*
[31] inique *korr. aus* inque *VD38*
[32] *am Rande* despicit *VD38*
[33] Hi *korr. aus* Hic *V630*
[34] *am Rande* Exoricrandi (!) ad ira (!) provocandi *VD38*
[35] his *I83; VD38*
[36] vero *VD38*
[37] sunt *fehlt VD38*
[38] *am Rande* ignorabilibus *VD38*
[39] infamibus *VD38*
[40] *am Rande* sceleribus corruptis *VD38*
[41] *am Rande* doctrine fidei *VD38*
[42] regionis *korr. aus* religionis *O93*
[43] *am Rande* Ut sacerdotes a secularibus non arguantur *I83*
[44] sed, si peccaverint, a reliquis sacerdotibus et a summis pontificibus constringantur et non a saecularibus aut malae vitae *fehlt VD38*
[45] *am Rande* repraehendantur *VD38*
[46] *interlinear constringantur VD38*
[47] tristari *korr. aus* contristari *O93;* tristari *korr. aus* tristari vos *V630*

merore[48]. Unde omnipotentem deum rogamus, ut suae vos gratiae aspiratione[49] consoletur, vosque et a malignis spiritibus et a perversis hominibus caelesti protectione[50] custodiat. Nam et si quos[51] post illius obitum tumultus[52] [53] quorundam adversantium sustinetis, nolite mirari, si vos frui bona[54] in terra vestra, id est in terra viventium, quaeritis, mala hominum in terra aliena portatis[55]. [H. 4] Peregrinatio quippe est vita praesens et, qui[56] suspirat ad patriam ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus[57] esse videatur. Vobis autem, qui patriam quaeritis inter suspiria, quae habetis, etiam gemitus audio humanae oppressionis[58] exsurgere. Quod mira omnipotentis dei dispositione agitur, ut, dum veritas per amorem vocat, mundus praesens a se ipso animum vestrum per tribulationes, quas ingerit[59], repellat[60]. Tantoque facilius ab amore huius saeculi mens[61] exeat, quanto et impellitur[62] [63], dum vocatur. [H. 5] Itaque, quod coepistis, hospitalitatis curam impendite, in oratione et lacrimis instantissime[64] [65] laborate. Elemosynis[66], quas semper amastis[67], iam nunc largius[68] atque uberius[69] operam[70] date, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus[71] muneris[72], quanto hic excreverit studium laboris.

---

**Quellen:**

37f.: *Tantoque - vocatur.* Cf. Dion. 1 Fel. IV. pp. ep. 2.

**Rezeption:**

32-38: Peregrinatio – vocatur: Coll. Ans. ded. X,133.
38-49: Itaque – aperiat: Coll. Ans. ded. VIII,50.

---

[48] *am Rande* Tristicia *VD38*
[49] *am Rande* auxilio *VD38*
[50] *am Rande* aliquorum *VD38*
[51] *interlinear* aliquos *VD38*
[52] *am Rande* perturbationes vexationes *VD38*
[53] tumultum *I83*
[54] bonis *korr. aus* bona *V630;* bonis *I83*
[55] portabitas *I83*
[56] qui suspirat *korr. aus* quis *V630*
[57] *am Rande* dulcis *VD38*
[58] *am Rande* aflictionis *VD38*
[59] *am Rande* inmittit infert *VD38*
[60] reiciat *V630*
[61] mens *korr. aus* mense *O93*
[62] *am Rande* Cogitu *VD38*
[63] interpellitur *I83*
[64] *am Rande* perseverantissime *VD38*
[65] instantissime *korr. aus* insantissime *O93*
[66] Elemosinas *V630*
[67] amastis *korr. aus* amatis *N442*
[68] largius *korr. aus* lagius *VD38*
[69] *am Rande* plenius *VD38*
[70] *am Rande* diligentia *VD38*
[71] fluctus *VD38*
[72] numeris *VD38*

Praeterea salutantes paterna dulcedine bonitatem vestram petimus, ut in bonis, quae coepistis, non[73] deficiatis, neque ullus vos ab eis[74] avertere possit, sed in cunctis affectum[75] vestrae caritatis clerici et servi dei ac[76] cuncti christiani, qui illis[77] in partibus commorantur, amore Christi et sancti Petri pleniter inveniant, et favoris[78] vestri solaciis[79], quocumque[80] necesse fuerit, potiantur[81] [82], quatenus vestra cuncti[83] ope[84] [85] defensi atque adiuti et nos vobis gratiarum[86] possimus exsistere debitores, et Christus dominus noster atque beatus Petrus apostolorum princeps, in quorum vos causis[87] impenditis[88], Iesus[89] Christus aeternam gloriam compenset[90] et beatus apostolus Petrus ipsius gloriae ianuam aperiat. Data X Kal[91]. Febr. Severo et Quintiano[92] vv. cc. conss.

**Quellen:**

42-49: *Praeterea - aperiat*, Greg. M. ep. IX, 22. (2, 946). Cf. Fab. 3.
49f.: Nota cons. des. e c. 2. vit. Pont. in libr. pontif.

[73] ne *V630*
[74] eis *korr. aus* eas *V630*
[75] *am Rande* devotionem *VD38*
[76] ac cuncti *korr. aus* accincti *V630*
[77] illis *korr. aus* illi *V630*
[78] *am Rande* adiutorii *VD38*
[79] *am Rande* Sustentacionibus *VD38*
[80] *am Rande* Ubicumque *VD38*
[81] *am Rande* Abeant possideant *VD38*
[82] potiantur *korr. aus* potantur *O93*
[83] cuncti ope defensi atque adiuti] cuntis ope defensis atque adiutis *VD38*
[84] *am Rande* auxilio *VD38*
[85] defensi atque adiuti] defensis atque adiutis *VD38*
[86] gratiaru *O93*
[87] causas *VD38*
[88] impendistis *I83*
[89] Iesus Christus *fehlt VD38*
[90] *am Rande* Retribuat reddat *VD38*
[91] Kal *fehlt VD38*
[92] quintiniano *I83*